



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1765**

**VD18 90118243**

§.59. Conradinus a Papa proscriptus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](#)

XXV.  
vantiam hoc in casu non exhibuisset, Sæcul. XIII.  
Archiepiscopum Petrum cum remitte- A.C. 1268.  
ret, Archidiaconatum cuidam alii post  
auditas tamen Regis rationes tribuere  
jussit. Res non composita fuit Ludovi-  
co aut Clemente vivo: sed per eventum  
Rex causam obtinuit, & Girardus in  
possessione Archidiaconatus Senonensis  
mansit. Quantumvis alienus a suis suo-  
rumque commodis spectandis Papa Cle-  
mens cæteroquin fuerit, hoc in negotio  
sicut in Remensi cernimus, eum tueri  
jura vel minima, quæ dignitati suæ con-  
juncta credebat, mirifice studuisse.

Anno sequente 1268, sexto Junii na-  
turæ cessit Reginaldus Corbolinus Epis-  
copus Parisiensis, postquam decem & o-  
cto annis federat. Ad S. Victorem se-  
pultus successorem habuit Stephanum  
Temperium Aurelianensem, Ecclesiæ Pa-  
risinæ Cancellarium, qui Dominica ante  
festum S. Dionysii septima Octobris eodem  
anno captam sedem illam undecim annis  
tenuit.

### §. LIX.

#### *Conradinus a Papa proscriptus.*

Post Manfredi cladem quindecim anno- *Mon. Pad.*  
rum Princeps Conradus Imperatoris p. 623.  
Friderici nepos sub nomine Conradini  
notior ad Romanum aspirans Imperium  
K k 4 stimu-

*Anon. Sicel.*  
p. 880.

Sæcul. XIII. stimulantibus Germaniæ Principibus suis  
A. C. 1268. cognatis vel familiæ suæ amicis interim  
Rayn. 1268. Siciliæ Regis titulum sibi afferuit a factio-  
ne Gibellinorum in Italianam vocatus. Quo  
comperto Papa Clemens in primario Vi-  
terbii templo die dedicatæ S. Petri Ba-  
silicæ Romanæ 18. Nov. an. 1266 prohi-  
buit, ne Conradinus porro procederet;  
ac ne quis cujuscunque dignitatis eum a-  
gnosceret Regem Siciliæ, aut molitionem  
ejus ullo modo promoveret, vetuit, po-  
ena anathematis in homines, interdicti in  
urbes sancta. Conradinus haud omisit  
suos in Hetruria vicarios, in Sicilia admi-  
nistros constituere, ibique gratias & pri-  
vilegia dispertiri: ut docebant epistolæ,  
quæ in Papæ manus inciderant. Qua-  
propter is die Coenæ Domini 14 Aprilis  
an. 1267 easdem inhibitiones, ac nimis  
contra illum & fautores ejus repetiit, eos  
in censuras in priore sententia memora-  
tas incurrisse declarans: Conradinus si-  
mul jubebatur coram Papa intra festum  
SS. Petri & Pauli per se aut per Procura-  
torem idoneum comparere, ut eorum,  
quæ insolenter ausus esset, rationem red-  
dens Ecclesiæ arbitrio se submitteret.  
Eodem anno die Ascensionis Domini 26  
Maji Papa Conradino severè interdixit  
ne Italianam intraret præterquam eo fine,  
ut ad summam Sedem vocatus adesset.  
Attamen hic Princeps cum suo avunculo  
Duce

Duce Bavariæ , & cum Comite Tirolis **Sæcul XIII.**  
vitrico suo, Veronam, quo accersitus erat, **A.C. 1268.**  
profectus tres ibi menses manebat.

Tum Papa eum insectari pergens die  
anniversario dedicatæ S. Petri Basilicæ  
declaravit eum in anathema incurrisse,  
ipsumque ac universas ejus partes intra  
mensis spatum Veronam & totam Italiam  
relinquere, nec ullo modo se Imperii aut  
Siciliæ rebus immiscere jussit : alioquin  
illum omni ad regnum Hierosolymitanum  
jure privatum , & singulos ei subditos fi-  
delitatis juramento solutos voluit. Cen-  
suræ secundum proportionem in Ducem  
Bavariæ cunctosque viros illustres Con-  
radini comites , & in civitates, quæ il-  
lum reciperent, extenderantur. Nec ta-  
men magis, quam priores , eum cohibe-  
bant : sed an. 1268 Verona Ticinum cum  
delectis copiis delatus aliquot ibi mensi-  
bus hærebatur. Papa itidem suo agendi  
modo insistens , eodem anno die **Cœnæ**  
**Mon. Pad.**  
Domini 5 Aprilis rursus illum a piorum **Rayn. n. 14.**  
coetu seclusum, prædiis ac provinciis for-  
san ab Ecclesia beneficiaria lege acceptis  
regnoque Hierosolymitano exutum, aliud  
tenendo inhabilem , populos a fide illi ju-  
rata liberos, ac ejus terras divinis inter-  
dictas pronunciavit. Hæc sunt, quæ con-  
tinent litteræ eodem die datæ, postquam  
omnem priorem agendi rationem propo-  
fuerant.